Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1557
Quelle:
Copyright:

birſuti incultique
velut quodam impreſſum ſtigmate ſpeciale
paululum per defecta membra ſolitam cinguli obſtructionem &c.

birti incultique
velut quoddam impreſſum ſpeciale
pauliſper defecta membra ſolita cinguli obſtructione &c.

Praeterea pium *Carthuſianorum* morem non omittam. Notatur enim ad L. IV. c. 32. minio in margine: *Iſte paſſus qui ſic incipit:* Noſti ait quot &c. *legitur in refectorio in die profeſſionis noui-ciorum. Cui precedit titulus talis:* Quarto libro renunciancium Johannis Caſſiani: Ex collacione pynufij abbatis. A L. XII. c. 8. verbis: *ero ſimilis uobis mendax* — — membranae exciderunt.

jus Tractatu *de Gratia Contemplationis* ſeu *Benjamin majore* V. Libris conſtante diſtingueretur, etiam *Benjamin minor* audit, Capita 87. cenſet, in Editione a. 1494. *ſ. l.* 4. titulo *de XII. Patriarchis* mihi objacet, et in *Opp. omn. Coloniae* 1621. 4. ad p. 178. legitur. Atque haec Lectio non uno loco e *Codice* noſtro perfici poſſet. Ad ejus calcem Librarius annum 1429. notavit.

DCLXVI.

U. 166 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 330. f. per duas columnas, non una quidem manu, probe tamen ſcriptus, rubricis enotatus, et, ut praefertur, legatus *ad Collegium B. V. Domus rubee roſe apud fratres predicatores in Wyenna* a *Thoma Haſelbachio* ſaepe laudato, *patre ac ſuperintendente prefati collegij fideliſſimo*, ſequentia continet: I. ἀνεπιγραφως *Capitulum primum. de ſtudio ſapiencie et eius commendacione.* Initium eſt: *Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Audiant adoleſcentuli ſermonem de adoleſcente* &c. Habemus igitur *Richardi Scoti S. Victoris Pariſ.* Canon. Reg. anno 1173. extincti Librum *de Praeparatione animi ad contemplationem*, qui, ut ab e-

II. *fol.* 25. ſequitur Συνταγμα *Homiliarum* et *Sermonum S. Johannis* dicti *Chryſoſtomi* Ep. *CPolitani* numero XXIX. in antiquis verſionibus, initio ſumto a *Sermone I. de Cruce et Latrone*, qui incipit: *Hodierna die dominus noſter pependit in cruce* &c. et habetur edit. gr. lat. *Maur. Pariſ.* 1718. T. II. p. 403. Atque ita et reliqua partim genuina, partim ſpuria per priores hujus Editionis Tomos ſparſa ſunt, exceptis ſequentibus, quae fortaſſe meam in veſtigando diligentiam fefellere: 1) *Omelia de Cruce et Latrone.* Init: *Hodie incipiamus kariſſimi de crucis tropheo predicare* &c. 2) *De Eruditione diſcipline.* Init: *Eruditio diſcipline cuſtos eſt ſpei* &c. 3) *De Militia ſpirituali.* Init: *Bona quidem fieri et vtilia regis* &c. 4) *De Militia chriſtiana.* Init: *Omnes homines qui ſe ſtudent*